

Sententiae.

1. In genere a praevis dependent quaestiones: (1) qualis sit cognitio humana praesertim Dei; (2) quemadmodum inter se distinguantur naturaliter nota et divinitus revelata.

Status quaestionis:

1. Brevissima quadam reflexione e thesibus praecedentibus concluditur Christi fideles non nihil de Deo trino cognoscere. Qui vero determinare velit qualis sit haec cognitio et quemadmodum ad reliquam cognitionem humanam comparetur, ampliori quadam indiget consideratione. Nam quaestiones eiusmodi non pauca supponunt nota tum philosophica de cognitione in genere tum theologica de facto revelationis, de existentia myserum mysteriorum, de catholica mysterii ratione, de naturali cognitione Dei, de fide, de comparatione inter fidem et rationem. Quae quidem omnia

— Cf. DB 1785 s., 1789, 1792, 1795 s., 1800, 1801, 1806, 1811, 1814, 1816.

— quae generaliter in aliis tractatibus tradi solent, non hic iterum sunt probanda sed iam probata ad quaestionem nostram particularem sunt applicanda.

— Praesertim de Revelatione, de Deo uno, et de Gratia, de Fide et

2. Prout proponitur thesis, verbis expressis neque in NT neque apud Patres legitur. Quae enim iam pridem fit distinctio inter naturalia et supernaturalia tanquam inter duos ordines entitative distinctos, circa annum 1230 explicite elaborata fuisse videtur. Quam ob causam, non mirandum est S. Anselmum et Richardum de S. Victore ita de SS. Trinitate esse ratiocinatos ut satis clarum sit eos hanc distinctionem eiusque consectaria systematica parum perspexisse. Caeterum, technica praesentis thesios formulatio technicam etiam supponit cognitionis theoriam, quam ante S. Thomam rite elaboratam et rebus supernaturalibus applicatam vix invenies.

3. Utrum haec Spiritus dependentia etiam a Filio sit.

Dependentia ergo a Patre minime excluditur, cum sane Pater a semetipso loquatur et a Spiritu veritatis audiatur. Sed quaeritur utrum haec dependentia simul a Filio sit.

Respondetur primo quod non habetur dependentia a Patre sine dependentia a Filio. Nam in 16, 15 dicitur: "omnia quaecumque habet Pater, mea sunt"; quod quidem aliter ~~et~~ alibi repetitur, scilicet, 17, 10: ".. omnia mea tua sunt et tua mea sunt"; 10, 30: "Ego et Pater unum sumus"; 10, 38: ".. Pater in me est, et ego in Patre"; 14, 9: ".. qui videt me, videt et Patrem."

Accedit quod bis repetitur: ".. de meo accipiet, accipit," 16, 14.15. Quid enim est illud "meum"? Sane Filii est, secus Filius "meum" non diceret. Sed etiam Patris est, si quidem omnia mea tua sunt, 17, 10, et vicissim tua mea sunt, ibid., unde omnia quaecumque habet Pater, mea sunt, 16, 15. Ex illo ergo "meo" quod etiam Patris est, accipiet et accipit Spiritus; quod alterius est, sed qui accipit ab alio, ab alio dependet.

Accedit quod "me clarificabit quia de meo accipiet." Ubi ~~et~~ ~~et~~ eatenus va valet illud "quia", quatenus idem est qui clarificatur et a quo accipitur; ideo ergo Spiritus Filium clarificabit, quia Spiritus a Filio accipit

B. Ex missione Spiritus a Filio.

1. Re-colenda est tota doctrina NT de missione Filii a Patre, apostolorum a Filio, Spiritus sancti a Patre et Filio.

— Vide Divinarum personarum, pp. 201 ss.

2. Quod Filius mittit Spiritum, explicitex docetur; Io 15, 26: "quem ego mittam vobis a Patre," et Io 16, 7: "mittam eum ad vos." Cf. Act 2, 33: "effudit hunc quem vos videtis et auditis."

Pars 1<sup>a</sup> .

Deus trinus e principiis naturalibus et finitis intelligi non potest.

1. Haec pars sumitur ex c. Vaticano, DB 1816x, ubi negatur universa fidei dogmata e naturalibus principiis intelligi posse.

Unde statim concludes aliqua esse dogmata quae naturaliter intelligi non possunt; et inter haec dogma trinitarium necessario includis, cum in universali praedicatione ecclesiae maximum quoddam mysterium est SS. Trinitatis.

Praeterea, cum alibi de mysteriis c. Vaticanum asserit possibilitatem imperfectae cuiusdam mysteriorum intelligentiae, DB 1796, quae ex analogia eorum quae naturaliter cognoscuntur repetitur et ex e nexu mysteriorum inter se

Praeterea, cum alibi idem c. Vaticanum asserit possibilitatem sub debitis conditionibus imperfectae cuiusdam intelligentiae

intelligere: rem per essentiam suam cognoscere.

, sensu latiori:  
demonstrare certum e certis certo deducere.

Christi fideles: quorum scilicet ratio fide illustratur  
quique sedulo, pie, sobrie inquirunt, DB 1796.

~~Intelligentia imperfecta: rem~~

intelligentia analogica: rem cognoscere non per propriam  
suam essentiam sed secundum similitudinem quamdam cum essentia  
alterius rei. Cf. DB 432: "quia inter creatorem et creaturam  
non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit  
dissimilitudo notanda."

intelligentia imperfecta: quae a perfectione intelligendi  
deficit. E. g., omnis intelligentia analogica est etiam  
imperfecta, tum quia essentiam non ipsius rei sed alterius et  
tantummodo similis attingit, tum quia ita nescientiae admiscetur  
ut conclusiones positivae atque completae deduci non possint.  
Cf. DB 1796: "velamine contexta et quadam quasi caligine obvoluta  
maneant."

verum: quod in mente existens rei adaequatur.

certum: quod formidinem errandi in prudente excludit.

progredi: ille scilicet profectus intelligentiae,  
scientiae, sapientiae, qui tamen in suo genere manet cognitionis  
analogicae et idem dogma eodem sensu intellectum respicit.  
Cf. DB 1800.

Thesis 5<sup>a</sup>.

Mysterium SS. Trinitatis, etiam revelatum divinitus et creditum, e principiis finitis et naturalibus vel intelligi vel demonstrari nequit; quod tamen non prohibet quominus Christi fideles ad imperfectam quamdam atque analogicam eiusdem mysterii intelligentiam, eamque veram et certam, progredi possint.

Termini:

proprie dictum:  
mysterium quod ita in Deo absconditum est ut, nisi divinitus revelatur, nobis innotescere non possit, DB 1795. 1786. 1866.

SS. Trinitas: unum Deum esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum, DB 432.

revelare: (1) ~~notum facere quod secus ignotum esset;~~  
(2) notum facere quod secus cognosci quidem potuit, non tamen ab omnibus, expedite, firma certitudine, et nullo admixto errore, DB 1786; (3) notum facere quod humanae mentis intelligentiam, intellectum creatum, omnino superat, excedit

, sensu stricto:  
revelare notum facere quod humanae mentis intelligentiam omnem omnino superat, imo, intellectum creatum excedit, DB 1786, 1796.

divinitus: a Deo.

creditum: quod verum esse affirmatur, non propter intrinsecam rei veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, DB 1789.

principium: primum in aliquo ordine, cf. DB 1795.

*Sine in ordine ipsius, sine in ordine partium*  
finitum: cuius proportio naturalis limitatur.

naturale: quod naturam quamdam constituit, <sup>eam</sup> consequitur, vel ab ea exigitur.

Nota huius partis videtur proxima fidei et saltem  
theologicae certa; concluditur enim ex definitione, DB 1816,  
et ex prima parte quae est de fide divina et catholica.



S. Thomam, aliosque fere innumeros theologos analogiam quamdam psychologiam proponit, unde ad imperfectam quamdam intelligentiam processionum, relationum, personarum, proprietatum, actuum notionalium, missionum procedit, de se nihil facit nisi <sup>haec</sup> hypothesin evolvere, et ei quaerendum manet utrum hypothesis sit sola quaedam cogitatio an etiam vera.

Si hanc ulteriorem inquisitionem omittit, cadit in eundem errorum ac in argumento a simultaneo invenitur.

Si ~~ad~~ effectus creatos invocat qui creatorem manifestant, nullum validum argumentum haberi potest, uti probavit S. Thomas, ~~Sum.~~ Sum. theol., I, q. 32, a. 1 c., et a nobis hac in parte probandum est.

Si ad scripturas recurrit, dupliciter procedere potest: uno modo, ut dicat ~~ex~~ ex hypothesi sequi multa revelatis conformia et nihil revelatis contrarum<sup>1</sup>; et sic non habetur nisi conclusio probabilis, cum fieri possit ut ex alia hypothesi omnia vel aequae bene vel melius explicarentur; alio modo,

— Cf. Sum. theol., I, q. 32, a. 1 ad 2m.

ut dicat ipsam suam hypothesin secundum radicem seu supposita fundamentalia in scripturis inveniri secundum verum et proprium scripturarum sensum forte pleniorum

est auctores mediaevales et anteriores qu<sup>1</sup> paulo profundius de re trinitaria tractaverunt, uti S. Anselmus et Richardus a S. Victore, ita scripsisse ut satis appareat hanc systematicam distinctionem eiusque consectaria eos fugisse.

— De hac distinctione vide tractatum de Gratia. Multa praevia sua et eximia studia collegit et retractavit A Landgraf, Dogmengeschichte der Frhscholastik, I 1, Die Gnadenlehre, eiusdem Regensburg 1952. E prioribus studiis pendet B. Lonergan, Theol. Studies, 2(1941), 289 ss.; Z. Alszeghy, Gregorianum, 31(1950), 414 ss.

Similiter, si quis Cappadocibus vel Chrysostomo contra Eunomium agentibus ita inhaeret, ut mysterii intelligentiam ab Augustino suaque progenie quaesitam reprobet, ita plium Basilium, plios Gregorios, plium Ioannem sequitur ut tamen ipse impius contra c. Vaticanum loquatur. Et eodem plane anachronismi vitio laborat qui ad Anselmum provocat ut ipse distinctionem ordinis naturalis et supernaturalis <sup>hodie</sup> taceat et accuratiorem scientiae notionem ex Aristotele deductam <sup>hodie</sup> omittat.

Quod tamen non ita <sup>in</sup> rebus antiquis valet, ut in rebus contemporaneis supprimendum sit; neque in aliud genus transitur ubi contra saec. XX<sup>m</sup> arguitur ~~ex~~ ex XIII<sup>o</sup> vel XVIII<sup>o</sup>; sed idem est vitium, idem anachronismus, qui saepius iam haereticus est inventus.

Quod si quis quaesiverit quid nostris temporibus novum sit, haud difficile respondetur: hominem prout concrete existit atque operatur factum est obiectum (1) non narrationis, non fidei, sed scientiae historicae, (2) <sup>obiectum</sup> scientiarum empiricarum, uti oeconomica, sociologica, psychologica, anthropologica, et (3) *obiectum* reflexionis philosophicae. At idem homo est subiectum peccati originalis originati, ei necessaria est gratia Dei sanans ut peccatum evitet et elevans ut salvetur, ei offeruntur Dei gratia quam tamen aut accipiat aut recusat; et haec omnia, quae ordinem supernaturalem non solum tangunt sed quodammodo <sup>actualement et</sup> etiam ingrediuntur, sane concretum existendi atque operandi <sup>humanum</sup> modum afficiunt.

Unde duplex habetur ambiguitas. Nam ex una parte obiectum ~~is~~ de quo agitur non simpliciter naturale est; et ex alia parte scientiae et philosophiae, quae hoc obiectum respiciunt atque investigant, non parum ab antiqua scientiae et

Iterum, circa Deum, prout naturaliter ex effectibus et secundum analogiam cognoscitur, iterum distinguuntur hae quaestiones, sed ratione cognoscentis et non ratione cogniti. Ubi enim Deus immediate cognoscitur, cum Deus simplex sit, nisi una operatio esse non potest

Iterum, circa Deum, ubi de cognitione mediata et analogica agitur, multae pariter sunt quaestiones, et alia de divina existentia, aliae de eius attributis, aliae de eius cognitione, aliae de eius voluntate, aliae de eius potentia, aliae de eius operatione. Quae tamen multiplicitas non in Deo simplici fundatur sed in imperfectione cognitionis mediatae et analogicae. Et ideo, ubi de immediata Dei cognitione agitur, sicut simplex est obiectum, ita una est operatio. Aliis verbis, ~~in~~ ubi nihil realiter ab essentia distinguitur, aut ipsa essentia attingitur, aut nihil ipsius obiecti attingitur